

Diuersus emanationis modus

Intellectus alius vite diuersi gradus

Quid sit intentio intellecta

Intentio est e in intellectu ab homine

Ioh. r.

Taranta.

per modū actionis causæ in exteriorē effectū, sed sū emanationem intellectuāle verbi interioris a dicente intra se, quod verbū manet in eo. Hæc Thomas in prima parte Summæ. Qui etiam in Sūma contra gentiles, lib. 4. cap. 11. diuersit; Secundū diuersitatem naturarū, diuersus emanationis modus inuenitur in rebus. Et quanto aliqua natura est altior, tāto id, quod emanat ex ea, magis est intimū. In rebus namque in animatis, quæ infimæ sunt, emanationes, esse nō quæunt, nisi per actionē vnius in alterum, sicut ex igne gignitur ignis quādo ab igne corpus extrahitur alteratur, atq; ad speciem, & qualitatem ignis, perducitur. In plantis verō, quæ post inanimata proximū habent locū, etiā emanatio, quædā ab interiori procedit, inquantū humor plantę intraneus in semē cōuertitur, quod terrę mandati, crescit in plantā. Post vitā verō plantarū est altior gradus vitæ sūm animam sensitiuā: cuius emanatio propria, & si ab exteriori incipiat, tamen in interiori terminatur, quæ sensibile imprimit formā suam in sensum, ex quo pcedit sensatio manens in sensū. Deinde est tertius, & perfectus vitæ gradus sūm intellectū, qui in seipsum reflectitur. Veruntamen in vita intellectuāli diuersi sunt gradus. Nā intellectus humanus quīs seipsum cognoscere possit, tamē primū suæ cognitionis initium ab extrinseco sumit, quā non intelligit sine phantasia mate, perfectior ergo est intellectuālis vita in angelis, in quibus intellectus ad sui cognitionē non procedit ab exteriori, sed per se cognoscit seipsum. Nōdū tamen ad vltimā perfectionē vita ipsorū pertingit, quā licet intentio intellectuā sit eis omnino intrinseca, non tū est eorū substantia: quā non est idē in eis esse, & intelligere. Vltima ergo perfectio vitæ cōspicitur Deo, in quo non est aliud intelligere, & aliud esse. Idcirco oportet, vt intentio intellectuā, sit in Deo eius substantia. Porro intentionē intellectuā id dico, quod intelligēs in seipso concipit de re intellectuā, q̄ in nobis, nec est res, q̄ intelligitur neq; substantia intelligēs sed similitudo cōcepta in intellectu de re intellectuā, quā voces exteriores significāt. Vnde intentio verbi interioris nōiatur. Quod autē intentio non fit in nobis res intellectuā, hinc constat, quā aliud est intelligere res, aliud intentionē, quod intellectus facit, dū super actū suum reflectitur. vnde & alia scientiæ sunt de rebus, alia de intentionibus intellectuā. Cumq; in Deo sit idē esse, & intelligere, intentio intellectuā in eo est intellectus ipse: & quia intellectus in eo est res intellectuā: intelligēdo enim se, intelligit oīa alia, relinquunt, q̄ in Deo seipsum intelligente, sit idē intelligens, & res, q̄ intelligitur, atq; intentio intellectuā. Oportet ergo, q̄ Deus sit in seipso, sicut intellectum seu res intellectuā est in intelligente. Intellectū verō, in intelligente, est intentio intellectuā, & verbum. Est ergo in Deo intelligente seipsum, verbum Dei quasi, Deus intellectuā: quemadmodū verbum lapidis in intellectu, est lapis intellectuā. Hinc in Iohanne habetur: Verbi erat apud Deum. Hæc Thomas. Cui concordans Petrus: In diuinis, inquit, est pluralitas, atq; distinctio personarū nō per esse absolutū, vt in creaturis, sed per ad aliqd. e habere. In hominibus, enim personæ distinguuntur origine, & qualitate, in angelo sola qualitate, in Deo sola origine, sūm Boethiū de Trinitate. Ad quod probandū rōnes aliquę adducunt. In ordine etenim vniuersi inuenit in vna personā vna essētia, sicut in angelo. Itē in multis personis multæ naturæ, vt in angelo, & homine. In vna, quoq; personā multæ naturæ sicut in hoīe. Ergo ad cōplemētū vniuersi, oportuit in vna natura esse plures personas, sed hoc non inuenit in creatura, ergo in

creatore. ¶ Insup est quoddā ens a semetipso, & ab æterno, & est quoddā ens nec a semetipso, nec ab æterno. Opposita autē extrema oportet cōiungi p mediū Mediu verō inter illa nō pōt esse nisi dupliciter. Aut enim erit quoddā ens a seipso, sed non ab æterno; aut erit aliqd ab æterno, sed nō a seipso. Primū horū est impossibile: quā quod ab æterno nō est, a seipso esse non pōt, aliā, pduceret semetipsum, ergo oportet esse scdm. Quod autē ab æterno est, & non a seipso, nō pōt esse nisi in vnitatē diuinā essentię, quę prius pbata est esse vna: & ab alio, nō pōt esse, nisi in distinctione personarū: ergo plures sunt personę in vna essentia. ¶ Amplius, in creaturis est natura particularis, & etiā vniuersalis. Natura particularis, est in diuisibilis, & incōcabilis: natura verō vniuersalis, diuisibilis, & cōcabilis. Diuisibilitas autē imperfectionis est, cōcabilitas perfectionis. Cū ergo, quod perfectionis est in creaturis, Deo sit attributū: quod imperfectionis remouendū, Deo attribui dē cōcabilis: in diuisibilitas; naturę: quod non cōiungi nisi sit pluralitas personarū. ¶ Adhuc autē, suppositis tribus ppositionibus per se notis, videlicet ista, esse diuinū est ex plar oīs esse creati, & ista vnitatis non pōt esse multitudinis causa, nisi intelligat repetita, & hac diuinū esse est unū in naturæ his arguitur, sic in esse creato est differentia vnius, & multorū, ergo diuinū esse est exemplar vnitatis, & multorū, ut patet primā ppositionē. sed diuinū esse est vnitatis vt patet per tertiā, ergo diuinū esse est unitas exemplariss vnius, & multorū. Vnitatis autē non est exemplar, seu causa ex plarū multitudinis, nisi intelligatur repetita, ut patet per secundā. Relinquitur ergo, q̄ esse diuinū est unitas repetita, sed nō in pluribus naturis, ergo in pluribus personis. Hæc Petrus. Cuius vltimā rationē pono recitatiuē. Deniq; de hac rescribit Richardus: In Deo sunt plures personæ, quod pōt declarari quinq; suppositionibus manifestis: quarum prima est, q̄ in Deo est summa bonitas. Scd̄a est, q̄ in Deo est summa perfectio, Tertia, q̄ in Deo est summa simplicitas. Quarta, q̄ in Deo est summa primitas. Quinta, q̄ oēs emanationes necesse est ad unā primā reduci, quemadmodū oēs unitates in unam primā vnitatē. ¶ Ex prima suppositione arguitur sic: In Deo est bonitas summa, ad quā pertinet se summē cōicare, sed diuinā bonitas non pōt se summē cōmunicare alicui creaturæ, nec omnibus simul, quia nō sunt capaces bonitatis in summo: ergo oportet in diuinis esse increatā personam, cui sum mē cōmunicetur, & personam se ita cōmunicantem. ¶ Ex secundā suppositione sic arguo: In Deo est summa perfectio, sed perfectionis est producere sibi similem in natura, ergo summa perfectio est producere sibi summē similem. Nulla autē creatura potest Deo simio similis esse. ¶ Ex tertia suppositione sic arguo: In Deo est summa simplicitas, sed quāto aliquid est simplicius, tantō in pluribus reperit, ut patet in vniuersalibus, quod simplicius est singulari. Ex defectu vero simplicitatis est, quod numeratur in pluribus suppositis. Cū ergo in diuinā essentia sit simplicitas in nullo deficiens oportet, q̄ sit in pluribus personis non plurificata. ¶ Ex suppositione quarta arguitur sic: In Deo est primitas summa. quāto autē aliquid est prius, tāto secūdus, ergo sicut diuinā essentia oportet sui primitatē principiū est aliarū essentiarū, ita psona in diuinis improducta, est ppter suā primitatē alterius increata personæ, pductuā. Veruntā vālidus argumentū ad hoc, est lumē fidei hoc dicentis. Imō vālidissimū argumentū est sacre scripturę, cui magis est imitandum, q̄ rōni. Hæc Richardus.

¶ Baldem

Nota 3. postioes.

Richardus. Trinitas personarū pbatur 5. suppositio nibus.

scdm Boethiū

scdm Boethiū